BENEDICTUS DE NURSIA
Nordfrankreich (Paris), 14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift



vnum apostatare facit etiam sapientes. Vbi autem necessi
tas loci exposcit ut nec suprascripta mensura inueniri
possit. Sed multo minus aut ex toto nichil benedi
cant deo qui ibi habitant et non murmurant. idest
non causentur. hec ante omnia admonentes. ut abs
que murmuratione sint fratres Quibus horis oporteat
Ascensio pascha usque ad penthecosten reficere:
ad sextam reficiant fratres et ad seram cenent a
penthecosten autem tota estate. si labores agrorum non habent
monachi aut uiuietas estatis non perturbat quarta
et sexta feria ieiunent usque ad nonam. reliquis
vero diebus ad sextam prandeant. Quod prandii sex
ta si opera in agris habuerint. aut estatis feruor
minus fuerit continuanda erit et in albis sit pro
uidentia et sic omnia temperet atque disponat qualiter
anime saluentur. Et quod faciunt fratres absque mur
muratione faciant. Ab ydibus autem septembris
usque ad caput. xl. ad nonam semper reficiant. In xl
vero usque ad pascha ad uesperam reficiant. Ipsa autem
agatur ut lumine lucerne non indigeant reficien
tes: sed cum luce adhuc diei omnia consumentur
Sed et omni tempore siue cene siue refectionis sit: hora
temperet sic. et cum luce fiant omnia Vt post com
Omni tempore silentio studere pletorium nemo loquatur
debent monachi. maxime tamen nocturnis
horis et ideo omni tempore siue ieiunii siue prandii si
tempus fuerit prandii. mox ut surrexerint a cena
sedeant omnes in vnum et legat vnus collationes